

Gerlagus. De Ciza. Bermarus decanus. Hartmannus. Gozbertus. Heinricus. Marchio Cûnradius. Otto filius eius. De Horeburc Fridericus. Lvf de Kamburc. De Ciza Cûnradius. Reginhardus. De Wetah Heidenricus. De Rotöwe Heinricus. De ministerialibus. Martinus. Heinricus. Gerhardus. Gumbertus. Ber[noldus. Ernestus]<sup>a)</sup>. Cûnradius. Turingus.  
 5 Data Cize vii. idus iulii incarnationis dominicę anno mcl, indict[i]one xiiii, epacta xx, concur]<sup>a)</sup>rente vi, pontificante Wicmanno anno i, regnum Romanorum tenente Cûnrado anno xiiii.

(S.J.)

## 220.

10 *Erzbischof Heinrich I. von Mainz beurkundet einen durch den Landgrafen Ludwig vermittelten Gütertausch, nach welchem die Kantorie der Hauptkirche zu Mainz 11<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Hufen in Bechstedt, Süßenborn, Crumsdorf und Umpferstedt (?) erhält und dagegen die im Jahr 1145 (No. 182) erworbenen Güter zu Apolda an einen gewissen Theoderich, der dort eine Burg besitzt, abtritt.*

Erfurt, 1150 Okt. 22.

15 *Hdschr.: Cop. Thur. 1917 No. 5 (Saec. XVII). Staatsarchiv Magdeburg. Dort ist bemerkt: Ex. lib. I. fol. 56. Gedr.: Guden, Codex dipl. 1,194. Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXVIII, 125.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus<sup>a)</sup> divina favente clementia Moguntine sedis archiepiscopus. Divina edoctus revelatione vas electionis Paulus apostolus nos instruit et ammonet, ad omnes quidem bene operari, maxime autem ad domesticos  
 20 fidei et ad eos, qui nobis familiaritate coniuncti sunt, et devotione servitii sui iugiter assistunt. Veritas etiam evangelica operarum mercede sua dignum esse iudicat<sup>b)</sup>, et sancti patres decreverunt, ut quisque in ea domo fructum<sup>c)</sup> caperet, in qua laborasset. Notum igitur esse volumus universitati tam futuri quam presentis evi fidelium Christi dilectum filium nostrum Hertwigum sancti Iohannis prepositum in maiore ecclesia nostra<sup>d)</sup>, in qua  
 25 utique honesto et diutino labore<sup>e)</sup> fructum promeruerat, unanimi fratrum consensu in cantorem electum fuisse. Sed<sup>f)</sup> quia officium illud magnum quidem erat dignitate, parvum autem utilitate, memores servitii sui, quod in curia Moguntina predecessoribus nostris et nobis diu et fideliter exhibuerat, ob dilectionem suam et meritum de redditibus nostris in Apolde ad quinque talenta singulis annis et quendam Ericum sexto talento inbeneficiatum,  
 30 qui exinde debitum servitii sui persolveret, ad officium cantoris stabili iure tradidimus. Quidam autem Theodericus in eadem villa habens munitionem bona illa, uti iam dictum est, devotione nostra contradita utpote domui sue adiacentia devastavit<sup>g)</sup> et ad usum suum nonnumquam diripuit<sup>h)</sup>. Unde cum sepius coram nobis habita fuisset altercatio, isto iniurias suas proclamante, illo negante, tandem propter bonum pacis auctoritate nostra et  
 35 assensu in tali concambio convenerunt, quod petitione fidelis nostri Hertwici prepositi illa quinque talenta in Apolde Ludowigo provinciali comiti in beneficio concessimus, que idem Theodericus ab eo iure beneficio suscepit, Theodericus autem xi mansos et dimidium

219. a) Loch. Ergänzt nach Cop. Ziz. fol. 5.

220. a) Henricus. b) videat. c) frater victum caperet Guden. d) fehlt. e) laborare. f) scilicet. g) devastante. h) dirripuit.